



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Abbas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

A B B A S.

Primò, utrùm Abbas possit alienare aliqua bona suæ Ecclesiæ, absque consensu Sedis Apostolicæ, vel Episcopi loci, in quo sunt sita illa bona alienanda?

Respondetur, quòd non, Nav. *conf. §. de reb. Eccl. non alien. nisi aliter in suis privilegiis caveatur*, que ad Abbates sæculares, qui potiùs Commendatarii dici possunt, potest practicari doctrina Nav. quia subsunt jurisdictioni Episcopi, in cujus dicecesi sunt sitæ Abbatia, vel eorum bona, ut patet vulgatis, *capit. Abbatibus, 12. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Covar. lib. 1. c. 2. var. resol. nisi consuetudo, vel exceptio aliter dicat, gl. ibi in ver. Episcopi sui.*

Secundò quæritur, qua mitra possunt uti Abbates?

Responderur, quòd qui ex consuetudine, vel privilegio possunt uti mitra, possunt eam portare in præsentia Episcopi, non tamen pomposam, seu pretiosam, *c. ut apostolica, de privil. lib. 6. ubi habetur, quòd exempti possunt uti coram Episcopo mitra aurificata, tamen sine laminis argenteis, vel gemmis, qui verò non sunt exempti, planis, & usus obtinuit, ut utantur mitra ex tela alba, & ita vidi practicari in multis Conciliis provincialibus, Afflict. in constitutione hac leges, §. honorem, notab. 1. Abbates ad hoc ut possint exercere episcopalem jurisdictionem, & conferre ordines minores, prout in c. Abbatibus, sess. 23. sac. Conc. Trid. &*

excommunicare, sufficit quòd sint electi, Host. in Sum. tit. de sent. excom. §. nendum, nu. 5. quia Abbates, licet consueverint consecrari, prout in Pontificali, tamen sufficit, ut sint electi à suis monachis, ita Addit. in Sum. loc. cit. litera C. & ita servatur in praxi.

Tertiò, Abbas Episcopalem jurisdictionem habens, est executor ultimatum voluntatum, Covar. in c. Ioannes, c. 1. & 2. de testum.

ABJURATIO.

An abjuratio inducat inhabilitatem ad beneficia ecclesiastica, & alia officia?

Respondetur, quòd quis potest dupliciter facere abjuracionem, primò, quando abjurat pro hæresi incurta confessâ, probata, vel convicta, & hæc inducit inhabilitationem; secundò, quando quis abjurat pro hæresi suspicionem, & hæc non inducit inhabilitatem, Nav. *conf. 18. de hæret. & conf. 13. de prima habetur in c. 1. prima, q. 7. & c. ad abolendum, de hæret. §. de hærede. de secunda habetur in d. c. ad abolendum, §. qui verò. cætera de abjuracione, vide plenius Sym. de Cath. inst. cap. 1. & Cast. lib. 1. cap. 24. & lib. 2. c. 2. de just. hæret. punit.*

ABBATISSA.

Primò, an Abbatiſſa debeat esse virgo?

Respondetur, quòd sic, si vult consecrari, ita Cap. 1 olof. q. 29. Arch. in cap.